



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annales Mariani Societatis Iesv

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDCIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

*Hortari  
alios ad  
cultum  
B. V.*

uiensis honori vota concipientibus P. Martinus Lateralis, anno 1598. in fidei odium cæsus, videri est visus in aëre sublimis, ac saluos fore prædixit; eos disertè hortatus, vt eorum quæ Deiparæ promiserant implendorum fideles, pij, atque accurati meminissent, nec eorum quicquam omitterent.

*Pro crebra  
con-  
fessione il-  
lam imple-  
rare.*

*Annua  
p. 459.*

1014. Lucernæ dæmon aspectu horridus foemina nunc funem, nunc ferrum offerēbat; vt se interimeret, semper illi infestus, eò quòd & crebro & nostris confiteretur. Hunc illa MARIÆ nomine implorato semper vicit: & quò magis id illum ægrè ferre videbat eò crebrius ad nostros aduentabat ad conscientiam expiandam.

ANNO MDCIV.

*ob. 1604.  
Ad breuiã  
dum pur-  
gatorium  
eius opem  
poscere.*

1015. P. Hieronymo Carualio purgatorium anxiamente timenti se obtulisse fertur Virgo Mater, & ponere metum iussu, dixisse; se peccatoribus & hinc, & in igne purgatorij auxilio esse. Neque se ferre posse, vt cui ipsa adeò cordi fuisset semper, illis pœnis diu torqueretur. Adiecit; post annos xv. migraturum e vita: quod ipsum illi magno fuit compendio ad purgatorium breuiandum. Spes nostra, inquit S. Bonauentura, Spes nostra solida es, Virgo MARIA.

*Super Sal-  
ue Reg.*

1016. Narrabat saucius ille pictor de quo num. 395. dixi, se ope Deiparæ perfanatum, voce illâ noctu audirâ: *Esto bono animo: iam sanus factus es: vulnera quæ excepisti sunt instar spinæ coronæ, vt in cælum conscendas; Videreque sibi tunc visum Angelos coronam gestantes. Res est publico testimonio con-* signata.

*Dolores  
cæli cogi-  
tatione so-  
lari.*

*In tenta-  
tione illâ,  
& Patrē  
spiritualē  
consulere.*

1017. Barcinonæ iuuenis coram B. V. imagine supplex, & petens extingui in se cæcos ignes quibus inuitus assidue ac turpissimè vrebatur, vocem sibi

audire videbatur; Patrem illum adiret qui verberaturis sese in templo nostro de more narrat exempla, eique dicto audiens esset. Paruit, & flammam illam frequente verberum, ac Sacramentorum vfu restinxit, castitate religioso etiam voto postea illigata. Hæc Virgo nos à serpente illo blandè mordente tuebitur. Nam, vt bene S. Io. Damascenus, *ad hunc paradisum serpens aditum non habuit.*

1018 Ad SSS. TRINITATIS cultum, ad eminentissimã cordis immaculati puritatem, ad mortis adeoq; vitæ immortalis desiderium ducit suos discipulos MARIANUS amor: id quod expertus est P. Ioannes Hieronymus, qui, vt aliàs narraui, Hispali in exercitijs cùm SSS. TRINITATEM in throno, Deparam, S. Michaelem, & Angelorum ac Beatorum ordines videre sibi videretur, aiebat se tunc plenam peccatorum veniam fuisse adeptam, & dulcissimã electionis arrhã cordi suo impressã donatum. Postulanti autem sibi vt vel in gratia confirmatus peccare iam non posset, vel de vita tolleretur, impetrasse. Et breui decessit. *Passionum mearum stirpes euelle,* ait ad B. Virginem S. Ioseph Græcus, *diuinasque cogitationes germinare fac ex anima mea.*

1019 Neapoli Sodales B. V. docentur vt rudibus doctrinã Christianã elementa tradant. Id adurus nauim conscenderat Sodalis. Huic in tempestate sopito Deipara conspectã læto vultu loqui est visa, & dicere: *Gratissimum sibi opus esse quod aggregeretur: proinde nihil mortis faciem vereretur.* Pedes Virginis osculari dum pararet, euigilauit, & mare conuenit.

ANNO MDCV.

1020 Genuæ Partheniorum vnus cùm puerili pudore Societatis nostræ desiderium suppressim-

orat. 2<sup>us</sup>  
Ass. 1<sup>us</sup>.

ob. 1604.  
In pretiosis occupacionibus  
c. 6. n. 9.  
Celere  
SSS. Trinitatem, et  
illam pro corde mudo.  
3. Sept.

pag. 33.  
Catechismo rudes  
instruere.

Vocationis suæ negotium illi committere.